



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

Caput VIII. De Missa vulgari lingua passim non celebranda, & mysteriis  
eius populo explicandis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

„dem illæ quoque Missæ vere commu- Sæcul. XVI.  
 „nes censeri debent, partim quod in eis A. C. 1562.  
 „populus spiritualiter communicet par-  
 „tim vero quod a publico Ecclesiæ Mi-  
 „nistro non pro se tantum, sed pro  
 „omnibus fidelibus, qui ad Corpus Chri-  
 „sti pertinent, celebrentur.

## CAPUT VII.

*De aqua vino miscenda in calice offerendo.*

„Monet deinde sancta Synodus, præ-  
 „ceptum esse ab Ecclesia sacer-  
 „dotibus, ut aquam vino in calice offe-  
 „rendo miscerent, tum quod Christum  
 „Dominum ita fecisse credatur; tum e-  
 „tiam, quia a latere ejus aqua simul  
 „cum sanguine exierit: quod Sacra-  
 „mentum hac mixtione recolitur, &  
 „cum aquæ in Apocalypsi beati Joan-  
 „nis populi dicantur, ipsius populi fi-  
 „delis cum capite Christo unio repræ-  
 „sentatur.

## CAPUT VIII.

*De Missa vulgari lingua passim non cele-  
branda, & mysteriis ejus populo  
explicandis.*

„Etsi Missa magnam contineat populi  
 „fidelis eruditionem, non tamen  
 „expedire visum est Patribus, ut vul-  
 „gari lingua passim celebraretur.  
 „Quare

**Secul. XVI.** „Quam ob rem retento ubique cuius.  
A.C. 1502. „que Ecclesiæ antiquo, & a sancta Re-  
„mana Ecclesia, omnium Ecclesiarum  
„Matre, & Magistra probato ritu,  
„oves Christi esuriant, neve parvuli pa-  
„nem petant, & non sit, qui frangat  
„eis, mandat sancta Synodus pastori-  
„bus, & singulis curam animarum ge-  
„rentibus, ut frequenter inter Missarum  
„celebrationem, vel per se, vel per alios,  
„ex iis, quæ in Missa leguntur, ali-  
„quid exponant, atque inter cetera,  
„sanctissimi hujus Sacrificii mysterium  
„aliquid declarant, diebus præsertim  
„Dominicis, & Festis.

## CAPUT IX.

*Præfatio Canonum sequentium.*

„Quia vero adversus veterem hanc in  
„sacrosancto Evangelio, Apo-  
„lorum traditionibus, sanctorumque Pa-  
„trum doctrina fundatam fidem, hoc  
„tempore multi disseminati sunt erro-  
„res, multaque a multis docentur, at-  
„que disputantur; sacrosancta Synodus  
„post multos, gravesque his de rebus  
„mature habitos tractatus, unanimi Pa-  
„trum omnium consensu, quæ huic pu-  
„rissimæ fidei, sacræque doctrinæ ad-  
„versantur, damnare, & a sancta Eccle-  
„sia eliminare, per subjectos hos Cano-  
„nes instituit.

§. LXV.

